

RESPONSA PRUDENTUM

Ad Autorem

DISSERTATIONIS

DE

ORGANO

in Ecclesiis Confœd. Belgii.

Ordine quo missa fuerit.



LVGD. BATAVOR.

Ex Officinâ Elseviriorum.

MDCCXXII.

RESPONSEA FRIDENTUM


Ad Antiquos

DISSERTATIONIS

DE

ORGANO

in Ecclesia Concord. Belgic.



I. v. G. D. A. V. O. R.

Ex Officina Elzeviriana.

cl. 10. ex. 11.



Magnifice Domine,

PERLEGI scriptum de Or-
gano. Ipsemet retulisset &
judicium dixisset, nisi me
valetudo læsa hac tempestate ar-
ceret à plateis. Dignum est istud
thema consideratione doctorum,
& Synodos quoq; nostras aliquo-
ties habuit occupatas. Tractatio
methodum habet elegantem,
quosdam abusus rectè perstrin-
gens, quosdam usus rectè exigens,
& argumentis solidis singula sua-
dens. Quâ parte Theologiam &
doctrinam de rebus adiaphoris
propius concernit, videbatur im-

A 2 petere

4
petere quædam Reformationis essentialia. Exciderunt quædam notæ inter legendum natæ, sed carent decore & decoro calami & styli. Addo tamen, ut tester me legisse. Venia supplebit defectum. Addo duo manuscripta olim, cum Leidæ otiarer, composita; quorum alterum, de ceremoniis Ecclesiasticis, argumenta suppeditat cur Ecclesiasticum illum Organi usum, de quo in fine scripti agitur, improbem; alterum, de Philosophiæ vera dispositione, rationes reddit cur aliquid aliud ad finem istum obtinendum introductum cupiam: præsertim cap. 5. 20, 21, &c. Rogo quam humanissimè ut M. T. utrumque manuscriptum dato otio percurrat, & iudicium suum mihi aperiat. Deum oro quam
maxi-

5
maximè ut omnibus, qui ad cla-
vum Reipublicæ sedent, infun-
dat talem sollicitudinem circa ea
quæ Ecclesiæ dedecori & scandalo
sunt.

Hagæ-Comit.

20. Apr. 1640.

M. T.

Humill.

CASPARYS STRESO.

A 3 N.B.

Camerſpelen hebben noch yet ſtich-
telix wyt de H. gheſchiedeniſſen
verthoont. R. Sacrorum profana
eloquutio & repræſentatio longè
profanior eſt, quàm profanus ſo-
nus ſine mente in loco ſacro.

N.B. Alia eſt convivii, alia Muſicę
voluptas. Illa loco ſacro non con-
venit, hæc convenit. Ratio: quia
conviviorũ voluptas corporea eſt,
& non ſolùm cibus, ſed colloquiis
ac debacchationibus conſtat, in
quibus præcipuè reſidet quod con-
tra ædificationem eſt. Muſicæ au-
tem voluptas, ſacra, aut ſaltem
non profana carmina ſonando, ad
mentis elevationem ſuo modo
pertinet, ſaltem, ſi non pertinet ad
iſtam *Ἐρημοὺς καὶ τὰ ἄγρια*, 1 Cor.
14. v. 40. quod facilè do, non eſt
tamen

7
tamen contra eam. In templis
multa sunt & fiunt quæ nec Eccle-
siastica nec profana sunt, sed civi-
lia, quæ propter eximium loci u-
sum atque scopum non facilè in-
troduxerim; ita propter ἀδραφείαν
non facilè ejecerim introducta &
inoleta. Nam consuetudines sine
necessitate impetere nec laudem
meretur, nec invidiam & censuram
effugit. Impuri carminis repræ-
sentatio meritò ex templis ejicitur.

℞. Β. Mos sepeliendi in tem-
plis ex superstitione ortus est: Cre-
do: At potuisset etiam sine super-
stitione oriri, sicut nunc sine su-
perstitione usurpatur. Sepelimus
in templo, non ut in loco sanctio-
re, sed ut in loco honoratiore. Ho-
noris, non religionis est, in templis
sepeliri. Fateor non esse ex usu;

A 4 sed

8
sed sine superstitione esse contendo, & non valere argumentum ab origine desumptum.

N. B. Quorundam dictorum Græca vel Latina citatio intellectum imperitorum videtur impeditura. Fortè præstaret, contextum totum facere Belgicum, & siquid elegantia est in Græcis vel Latinis, in margine scribere.

N. B. Non approbo, quod Musica cum voce & corde conjuncta directè pertineat ad laudem Dei; sed quod cum voce conjuncta affectus cordis cieat, & cor voci jungat, atque ita indirectè laudes Dei operetur.

N. B. Licitus est usus Ecclesiasticus, sed usus civilis illicitus ideò non est, modo abusus arceatur.

N. B. Si

9

N. B. Si ad cultum & devotio-
nem adhibenda est Musica, non
parum in eo situm videtur, ut ar-
tifex sit bonus Christianus. Non
perinde est, sive histrio in aula,
Pontificiusve in templo, sive vir
honestus & pius plectrum gerat in
sacris canticis. Admonitio infe-
renda.

N. B. Utut templi Judaici
Musica merè ceremonialis non
fuerit & Judæis peculiaris, tamen
non fuit adiaphora, sed ex man-
dato per prophetas instituta, ab
Apostolis nec usurpata nec com-
mendata, & in spirituali infantia
veterum fundata, vitæ æternæ
gaudia & N. T. abundantiam spi-
ritualem Sacramentaliter ex insti-
tuto repræsentans, ideoque non in
synagogis, quod sciam, sed in solo

A 5 tem-

10
templo usitata. Apud nos, si quis
est in sacris Organorum locus &
usus, inter adiaphora censendus
est, nec ullo modo sacramentalis
putandus.

N. B. Hookeri pietas apud pios
Anglos non multum celebratur,
sed potius desideratur. Utut hoc
loco vera dixit, non videtur ideò
pro pio celebrandus.

N. B. De tabulis quibus ver-
bum Dei aureis literis est inscri-
ptum. Non videtur offendiculum,
cujus quidem mentio hoc scripto
digna. Non enim omnia vana
sunt, quæ præter ornamentum
nullum usum habent. Vanitas
non tam entis quam mentis affe-
ctio est, & in eo consistit, quod
mens hominis ad magnos fines as-
sequendos inania adhibet media,
iisque multum tribuit. *N. B.*

N. B. Lustratio militum in templo nostro cœnobiali non est quod prætextu necessitatis excusetur. Non ita organorum sine cantu & mente pulsatio huic loco inconueniens est, atque militum lustratio. Etsi utraque res civilis est, tamen utriusq; non est eadem ratio. Nam 1. Organa ob Ecclesiasticum usum in templis constituta, non possunt civilem usum alibi quàm in templis præstare. 2. Organorum auditus est res ita civilis, ut ab Ecclesiasticis nullâ specificâ contrarietate differat, sicut occupationes civiles. Nam sicut quies & recreatio ac deambulatio à sacro die non est aliena, ita nec à sacro loco.

N. B. Admonitio de cantatione Decalogi nititur falso fundamento,

mento, quasi verò omnes Psalmi cantandi in Ecclesia non sint, nisi preces quæ ad Deum dicuntur. Falsum hoc. Psalmi omnes in Ecclesia sunt cantati, sed Psalmorum magna est differentia. Aliis Deus invocatur vel laudatur: aliis Ecclesia docetur & excitatur: aliis pii sibi ipsis loquuntur. Materia cantionum latior est quam precum. Prætereà in illis ipsis Psalmis quibus Propheta cor ad Deum dirigit directè, sæpè digreditur ad animam vel Ecclesiam. Si licet cantare historias Ps. 136. & passim, cur non præcepta? non cantamus ea Deo, sed nobis. Hinc, sicut cum inter legendum, ita cum inter cantandum devotio deficit, minus peccatum est quam cum inter precandum.

N. B. An-

N. B. Anglorum Musica in
templis extra tempus concionum
periculosè laudatur.

I. Quia censuram quam cantus
Romanus hic accipit ob mixtu-
ram nugarum non minus meretur.

II. Quia nititur fundamento
bonæ intentionis sine mandato,
quo omnes Romanæ traditiones
palliantur. Remedia sacra & Ec-
clesiastica instituere ad fallendum
otium otiosorum scriptura non
instituit, nec sine scriptura insti-
tuere licet. Scriptura instituit san-
ctas congregationes, in quibus
verbum annuncietur, sacramenta
administrentur, Deus invocetur,
& sacra sanctè cantentur. Ecclesiæ
non licet, ex bona intentione, eri-
gere talia exercitia, quibus homini-
bus otiosis & sine intentione ædi-
ficatio-

ficationis deambulanti-
bus objicimus aliquid sacrum, quo fortè æ-
dificentur. Histriones huic fun-
damento comœdias superstruunt,
& quidem, uti puto, non meliori
jure, sed tamen minùs absurdo
prætextu. Nam dari in Rebuspub.
benè constitutis talia exercitia, qui-
bus otiosi recreationem quæren-
tes ab inhonestis divertantur ad
honestas, utilissimum est, modò
non sacra sed civilia. Sacra enim
devotionem requirunt, & sine de-
votione, quæ in laudatis Anglica-
nis rara, saltem fortuita est, profa-
nantur. Civilia autem devotionem
fortuitam ferunt sine macula, &
ex defectu devotionis nullam con-
trahunt profanationem. Utinam
nostris otiosis pro histrionum nu-
gacibus, & impuris theatris obji-
ceren-

cerentur civilia historiarum & natura-
 turæ artiumque delectabiliorum
ἀκροατήρια, etiamsi eidem fini †
 apta adjungeretur, quantumvis in
 templo, si locus alius deficeret.
 Summa: Ritè distinguendum est
 inter civilia, Ecclesiastica, & pro-
 fana: Sacra & profana nunquam
 coëunt, sacra & civilia interdum.

Vir

Vir Amplissime,

NON equidem tanto me dignor honore, ut censor præsim tam eruditæ Differtationi, quam ego interim ab illo metu jubeo esse immunem & securam. Ingenuè confiteor, & testes mihi erunt, quibuscum unquam mihi ista de re sermo, quod factum memini non semel, sic semper menti sententiam stetisse: aut omnino silentium Organis imponendum in æde sacrâ, aut loquendum illis cum populo Dei, & non nisi cum illo, τὸ ἢ ἐπεισὸν τῶν, ausim huc arcessere ex Euangelio. Dum in eâdem mecum esse legitam magnum & doctum virum, dici non potest, quam exultaverim. Expecto enim istius ὁμοψήφιος hunc

hunc fructum: si organa eliminare non liceat, (& cur libeat?) conspire tandem ut cogantur in divinam *δοξολογίαν*. Ego certè, quantum in me, totus in hoc ero *ἀκρίως*, *δυσκρίως*, ut aut tollatur tota illa superstitiosa loquacitas, & cum ea scandalum, aut in ordinem redacta discat Dei nostri laudem sonare ad exemplum vicinorum. Atque hæc responsionis vice tibi, Vir Doctissime, reponenda duxi, ubi siquid desideres, dabis id omne occupationibus & temporis angustiis, & salvebis ab illo, qui

Omni officio tuus est

18. Junii 1640.

Haga-Comit.

ELEAZAR M. F. LOTIVS,
Servus Iesu Christi.

B

Mijn



Mijn HEERE,

DE bedencking van U. Ed. Gestr. op het gebruik der Orghelen vind ik 't eenenmael opgeleidt van onverwrikkelijke redenen, zoo in't beweeren als in't vvederleggen: maer dit getempert met een' bescheidenheid, zoo omsichtigh ende ontziende, dat het der tegen-parthije niet alleen de maght, maer oock de vvil, tot strijden, beneemen moet.

Animo quoq; subjugat hostes.

Hier by gaen eenighe Veirsen, zoo maegher ende ongedaen als hun Dichter, die wyt zyn' tweede ziekte, sedert twee maenden herwaerts, komt. Maer Johannes Rulæus, Predikant, beroepen

pen van hier tot Rotterdam, raekte onlanx met my te kouten van deze stof; in't besonder vande kracht der gulle klancken, die geene, ofte (t welck eevenveel is) onverstaenlyke vvoorden vervatten: ende verhaelde my deze geschiedeniss. Een Rooms-gezint Schipper van Hoorn, quam te lande gereist, wyt Italie, over Geneve; en hier ter preeke vanden Heere Beza, uit enkle nieuws-gierigheid, oft om tijdt-verdrijs, alzoo hijt Franchois niet beter kende dan't Hebreewsch. De voeghlyke leiding der stemme, de beweeghende lieflykheit van't geluidt (het gelaet moght' er toe helpen) vrucht, in den goeden Man, een' graetigheid nae onderwijz inde leere, die hum docht nae gelijke zoetigheid te moeten smaken. Hy liet sich berichten, en verliet het Pausdoom. Oft dit voorbeelt ergens

een hoecxken verdient in 't vverck
van U. Ed. Gestr. zy haeren oor-
deele bevolen : samt in haere beste
gunste,

Mijn' Heere

U. Ed. Gestr.

Onderdaenste, Oodtmoedighste
Dienaer

P. C. HOËFT.

Vanden huylze te Muide, den 6^{en} in
Herfst-maent, 1640.

Op

Op het Orgel-Gebruik

van * * *

WIe vlijtigh 't oogh op 't boeck der werelt
velt,

In elke soort van Schepfels vint gespelt
Des Scheppers Lof. De Bijen en de Mieren
Getuigen's met haer' geest. De domme dieren,
Van groot tot klein, jae d'alderminste Worm,
Verklaeren 't met geschiktheit hunner form.

'T onroerend tuigh, de leevenlooze dingen,
Die seggen 't niet alleen, maer leeren 't zingen.

Het drooge been, het dorre hout, het tin
Verheft zijn' stem, en zwaeit des menschen zin

Tot deftigheit, tot oodtmoedt, tot eerbieding
Aen zijnen God; met wonderlijk uitwieding

Der woestigheit: en preekt in tael verstaen
Van Noor en Moor, Oost en West-Indiaen.

Danck heb 't vernuft, uitvinder van de keelen
Des Orgels, dat de Zielen weet te streelen,

En mentze met geneughte, tot het puick
Haers heils. Het pleit, gevoert om 't slim ge-
bruick,

Waeruit voor heen veel aenstoots was ge-
reezen,

Heeft * * * nu beslecht; en 't Recht ge-
weezen.

Omnibus idem.



NAM verò id certissimum
 est, quod, de Musicorum
 in Ecclesia instrumento-
 rum usu, publico & elegantissimo
 scripto adseruisti, Vir Nobilissime.
 Quidn̄i enim pro tam illustri be-
 neficio ita gratias tibi agam, qui &
 sic debeo, & aliter non possum?
 Nec enim hujus argumenti tui
 sententiam ad me transmittere
 tantum dignatus es, sed etiam,
 quod meritò pluris facio, ipsam
 persuasisti. Memineram, cum tua
 legerem, Justini Martyris, qui in-
 ter primos & sanctissimos patrum
 Christianorum, sive ætatem vi-
 deas, sive eruditionem, censetur.
 Is, ubi de Musica, quæ Christia-
 norum

norum Ecclesias decet, agit, assue-
 tas ethnicorum scenis fides, can-
 tusque inanimatorum organorum
 pariter cum saltationibus & cro-
 talis, ab ecclesia perpetuò vult exu-
 lare. Addit interim, eodem loco,
 placere sibi, ut in Christianorum
 cœtibus relinquatur ἡ ψῆσις τῶν τοί-
 των ὀργάνων. Quæ autem est illa lau-
 data ψῆσις; Ipsa illa, quam tu tot
 rationum pietate commendasti.
 Illa, quam religiosam mulcedi-
 nem, ad Donatum, vocat Cypria-
 nus. Illa, cujus, ut & Organi tui,
 meminit Prudentius;

*Quidquid in ære cavo reboans tuba
 curva remugit;*

*Quidquid in arcano vomit ingens
 spiritus haustu;*

*Quidquid casta chelys; quidquid te-
 studo resultat;*

B 4

ORGA-

ORGANA disparibus calamis quod
consona miscent;

Æmula pastorum quod reddunt vo-
cibus antra;

Christum concelebrat, *Christum* sonet;
omnia *Christum*

Muta etiam fidibus sanctis animata
loquantur.

A quâ veterum pietate multis pas-
sibus defleximus; ex quo Musico-
rum instrumentorum concentu,
in Christianorum templis, non cæ-
leste aliquod, sed vanum argu-
mentum; non animos, sed aures
intramus. Quod nisi sit prostitue-
re fana nostra, quid sit nescio. Hoc
interim scio, & imprimis id debeo
tibi; ut magna & stupenda quæ-
dam Musicæ vis est in animos hu-
manos, ita cum incredibili con-
junctam esse hominum utilitate, si
in

in divino & Christiano argumen-
 to occupetur. Sæpè ego experien-
 do didici, intimos sensus meos hac
 ratione, vel maximè commoveri.
 Si enim mutatâ Musicâ, ut censuit
 Plato, etiam Respub. mutantur;
 (quo de argumento, à veterum aut
 recentiorum nemine satis, quod
 sciam, explicato, nonnulla olim
 privatim mihi sum commentatus)
 quantum illam posse credendum
 est, cum majestate, & meditamen-
 tis divinarum rerum, conjunctam,
 ad conversionem, sive, ut ille lo-
 quitur, purgationem animorum?
 Quid quod, ut tu quidem, sicut
 alia omnia, censes rectissimè, po-
 puli in ecclesiis nostris non tam
 canentis ferè, quàm boantis, in-
 temperies, solo Organorum, de
 quibus agis, beneficio possit pro-

B 5 fligari?

figari? Est quidem in templis nostris, & cæteris præit Phonaſcus aliquis, vocisque, ut Varronis verbis utar, fuscitabulum,

Cantantiumque gallus gallinaceus;
non tamen rarò contingit, ut rugitum audias, ubi hymnum expectas, postquam sine ordine ac lege

Inſonuerè cavæ gemitumque dedere cavernæ.

Quidnî enim hæc experto tibi & testato sic exponam? Agnosco quidem turpissimæ hujus *αἰτίας* causſam in imperitia populi, & illa multitudine ac varietate modorum, qui longè diversissimi in Psalteriis nostris deprehenduntur. Sed interim ita mihi persuasum est, eam varietatem vel maximè esse necessariam. Quod Carolus
ille

ille Magnus non ignoravit. Cum enim eâ tempestate Gregoriana Musica maximè vigeret, quæ non omnibus modis in Ecclesiis locum concedebat, ille, incredibili diligentia, singulorum modorum vim ac leges propiùs investigans, diversos, qui antea in usu non erant, invenit, quibus Ecclesia Dei omnis argumenti hymnos commodiùs exprimere posset. Ac sanè plurima in sacris Litteris, Psalmis imprimis, offeruntur, quæ non bene iisdem modis, sed multò meliùs aptiusq; hoc quam alio exponuntur. In caussa sunt varii animorum motus variique affectus, qui pro argumenti diversitate legentibus offeruntur. Quis enim est, qui non sentiat, nunc rapi animos in sanctissimum quemdam furorem;

nunc

nunc iterum reddi placidiores;
nunc dejici in mœrorem & singul-
tus; nunc iterum inde in spem, læ-
titiã, inque cœlestem amorem
abripi, attolli? Quæ omnia qui
iisdem modis obtineri & præstari
posse existimat, næ ille, meo saltem
judicio, dissentit à ratione. Nec
proinde laudare possum Anglo-
rum institutum, qui intra arctas
nimis angustias illud tam latè ex-
porrectum, & variegatum argu-
mentum cohibuere. Nec quid-
quam obstat, quò minus te sequa-
mur. qui ad imperitiam vulgi in
ordinem redigendam, ad incen-
dendum ardorem animorum, eam
Organorum vim, ac usum com-
mendasti, ac gravissimis rationi-
bus asseruisti, ut nihil nobis ad-
dendum super sit, præter ad sensum,
&

& ea vota, quæ summis virtutibus
 tuis debentur. Tuo enim inge-
 nio omnem gloriam illustrium
 litterarum, tua humanitate erudi-
 tos, tuis denique curis omnem
 hanc Rempublicam agnoscimus
 maximè juvari. Deus te quàm
 diutissimè incolumem superesse
 velit, Vir Nobilissime. Lugd.-Bat.
 Febr. xx. Anno cIoIo c xli.

Illustri tuo nomini

obstrictissimus

M. ZVERIVS BOXHORNIVS.

Nobi-

Nobilissime Domine,

QU^{EM} plurimis hactenus,
 nec semel, beneficiis, nunc
 & docendo obstrinxisti
 tibi. Pro quo coram gratias e-
 gissem, nisi obstitisset languor.
 quæ & sola causa, cur nunc se-
 riùs respondeam. Cui ut ignoscas
 rogo. semper enim bene de se
 sperant, & plerumque sic decipiun-
 tur, qui paulatim convalescunt.
 Περὶ τῆς παρ' αὐτῶν ἀρμονίας, ejusque usu
 ac abusu, tecum sentio, nec semel
 mecum ipse egi. quemadmodum
 non pauca alia notavi, quæ jam
 emendata malim. Suadeo inte-
 rim, ut si qui hic dissentiant, ma-
 gno animo hoc feras. id est, il-
 lo, quo invicti Principis negotia
 hactenus feliciter tractasti. Ego
 nun-

nunquam dubitavi, quin & rectè
 fecerit, neque quicquam se in-
 dignum Regius commiserit Pro-
 pheta, qui in cithara non semel, ut
 illius verbis vtar, *confitetur Domino:*
 ut nec illi quos ad templi ministe-
 rium delegit: qui *in citharis, psalteriis*
ac cymbalis, prophetasse dicuntur. &
 tamen quid sit *יְסֻדָּאִים*, optime in-
 telligo. De quibus, ut & aliis non-
 nullis, coram aliquando, ut spe-
 ro, qui immensas occupationes
 tuas non ignoro. Quarum ut &
 nunc rationem habuisse videar, hic
 defino.

Nobiliss. Amplitud. Tue
devotiss.

Lugd. Bat. Febr. 22.

A° clo lo cxli.

DANIEL HEINSIUS.

CA-

CASPAR BARLÆVS,

* * *
* * *
S. P. D.

VALDE me recrearunt Epi-
grammata tua, Nobilissi-
me Domine, nec minus
Constantini tui. Totis mihi mo-
diis admetiris versus, toto me cœlo
& meteororum omnium ingenti
congerie, domesticâ adhæc sup-
pellectile donas. Quæ dum in ar-
gutos singula sensus contorques,
imperium mihi in superos inferos-
que exercere videris. Vapulant tibi
Sol, Luna, pluvix, grando, nix, co-
metæ, fulmina, ignes fatui, totus-
que exercitus imperfectorum cor-
porum. Inde ex suppellectile Sa-
tyram contexis, & acum, pectines,
specula, forfices, forcipes, denti-
scalpia,

scalpia,
palmæ
nostra
pendi
misq
& V
sub
delm
funt
duar
iltius
ligas
lerna
habes
in le
frid
ma
Soy
de t
abu
ripa

scalpia, & nihil non istorum impedimentorum, tanquam stultitię nostrę argumentum, traducis. Expendi cum Nobilissimis Doctissimisque viris, Satrapa Muydensi & Vicofortio acumina tua & subtilissimas cuspides, in quas desinunt Epigrammata. Multa sunt, quę ipsam Bilbilim obtundunt. Sed hoc unicę velim, ut istius generis poëmata omnia colligas in unum; *Ne turbata volent levibus ludibria ventis.* Magnam vim habes hujus annonę. Collecta eade in lucem. Erunt pro acetariis fastidientibus stomachis, & lactuce, malvarumq; officium præstabunt Sophroniscis. Meditationes tuas de Organorum in templis usu & abusu, legi non oscitanter. Est Peripato suum Organum, est Ecclesie.

C fia.

fiæ. Illud procul à fano, hoc fanorum proprium. Illud rectæ rationis regula est & norma. Hoc voces cantusque nostros moderatur. Illud in scholis, hoc in templis sonat. Illud sapientiæ præludit, hoc pietati. Prius ignorantia & errori, posterius tristitiæ ac dolori medetur. Templorum Organa digiti pedesque movent ludentium. Nostri Organum doctæ profitentium & docentium voces. Illa ventus inflat & sub balneo ædituus; hoc nostrum Simplicii, Philoponi, Ammonii, Aphrodisæi, Averroës, magna nomina. Ut prærogativis non levibus præcellere videantur Peripateticorum Organa. Triplici delectamur Musicâ. eâ, quæ vocis est: eâ quæ pedum est, & ad numeros saltat: & eâ, quæ Organica est,

nume-

numerosque instrumentis, tibiæ,
citharæ, testudini, cymbalisque
applicat. Hæc postrema in templa
irrepsit, sed malo apud plurimos
more. Etenim, quæ non nisi sacra
loqui debebant, profanos subinde
& lascivos sensus auribus ogge-
runt. Et licet nulla soni, in non
viventibus, sit impuritas labesque
hoc tamen illa peccant nomine,
quod memoriam injiciant rerum
minimè cœlestium, vocibus ad nu-
meros eosdem factis expressarum.
Clamant passim Organa, dum
abitionem è templis paramus,
dum garrimus saturi sacræ audi-
tionis, dum de prandio vel cœna
cogitamus, dum ambulationibus
diem horamque dicimus. Hæc
aliaque plurima correctæ cupis, aut
saltem ut corrigenda, indicas.

C 2 Omni-

Omnino tecum sentio. Non ab-
 horrere pietatem à cantu & lusu.
 Vetus illud est: Deum canere fidi-
 bus & citharâ. non est superioris
 sæculi inventum tertia hæc Musi-
 cæ species. Antiquissimus orga-
 norum inventor Jubal fuit. Noa-
 chum & Japetum antevertit hæc
 hominum solertia. Eget animus
 adminiculis quibus ad Deum se &
 cœlestia erigat, humo aliàs affixus
 & languens. Facit hoc Musica, quæ
 dum aërem percutit harmonicè,
 percutit illum, qui aurium anfra-
 ctibus continetur, illisque verna-
 culus est. Hic spiritus afficit, quos
 animales vocant, animæ operantis
 proximum instrumentum. Hi ani-
 mam movent, & eam maximè
 vim, quæ concupiscibilis dicitur,
 ubi gaudium, lætitia, amor jucun-
 di

di & tristium fuga odiumque sta-
 bulantur. Et quia gaudio hoc frui-
 tur attenta imaginatio, gaudet
 imaginatione delectabili ipsa ra-
 tio & intellectus. Hic dum nume-
 ros accipit sanctioris cantilenæ aut
 poëmatis quod de Deo, vel Ange-
 lis, vel Christo & salutis nostræ
 mysteriis loquitur, excitatur & eri-
 gitur horum cogitatione mens, &
 animali gaudio succedit spirituale
 & verè divinum ac cœleste, quod
 nos subductos humo Deo propius
 jungit, & velut ecstasi quâdam ab-
 rипit mentem, & cœtibus, (dixissem
 penè Dîs) miscet Superis. Quæ
 cum ita sint, pessimo divortio ab
 Organis attentionem, ab atten-
 tione pietatem & rerum divina-
 rum seriam meditationem separa-
 mus. Tu, * ✕ *, medicinam
 C 3 publi-

publico errori quæris & invenis.
Nec dubito, quin admissuri illam
sint, & amplexuri sacrorum anti-
stites. Ea quippe observas, quæ
& caveri debent religiosè, & fieri
minus superstitiosè. Scribis te au-
rium apostemate laborare. non
debebas sanè, ut qui crassas & Ba-
tavas habuisti nunquam. aperto
abscessu auribus eris purgatissimis,
uti naris es & fuisti emunctissime.
Certè olfacere potuisti tot orga-
norum apostemata, & attendere
ad illa, quæ in eorundem in templis
usu inconcinna prorsus sunt & dif-
fona. Valetudinem tibi quâvis
corporis parte validam ex animo
precor. Filiorum quadrigam sa-
luta. Constantino respondebo in-
tra dies pauculos. Mira scribit
Adolescentulus iste, ætate puer,
præ-

39
prævenit arte senem. Nec te de-
generem se præstat Christianus,
qui licet à fratre secundus sit, non
vult esse secundus. Vale, vir ma-
xime, nec odisse velis unquam,
qui te deperit & virtutes tuas pro
interula habet:

*Pectoris illa tui virtus candorque fi-
desque*

Proxima, Barlei tangit operta tui.

Amstel. Feb. 26.

A° 1610 CXXI.

C 4 IN

IN DIATRIBAM

* * * *

De Organorum in Templis usu & abusu.

SI pia Seraphicæ modulantur carmina
mentes,

Excelsumq; canit maximus ordo Deum;

Si sua cœlorum moles concentibus aptat

Corpora & exactis incitat astra sonis;

Regia si summū cecinerunt plectra Tonantem,

Et Solymæ modulis perstrepuere suis;

Si mediis olim sonuerunt Organa templis,

Cum Pietas pressum tolleret alma caput;

Nec fureret Latii rabies in sacra Deumque,

Otiaque assertæ religionis erant:

Cur nostro tetrici damnabimus Organa seculo?

Aut grave crediderim carmiua sancta cani?

Materies laudum Deus est, tot gloria rerum,

Omnis in hunc hominum plausus & horror
abit,

Hunc naturam stupet. Stupet ars & norma ca-
nendi.

Plena suo nunquam numine lingua filet.

Cur fileant digiti? cur non facundia vocis,

Atque attenda manus nobile pulset ebur?

Dummodo mens digitis, digitus comes incu-
bet arti,

Et quæ sunt auris gaudia, sint animi.

* * * *, Dei si nos sapientia totos

Condidit, hunc quavis impero parte cani.


C. BARLÆVS.



REM præclaram, Vir Nobilissime, præstitisti, & tuo præcipuè dignam ingenio, quod nodum hæctenus perplexum, brevi quidem illo, sed nervosissimo libello, feliciter adeo expediveris. Fatendum utique est mihi, me & gratissimo eum ante dies aliquot excepisse animo, & eâ per otium reverentiâ in illius incubuisse lectionem, quam cum tibi ipsi, tum scriptis tuis debeo. Visne jam porrò scire, ecquid, post lecta ac cogitata omnia, sentiam in ista controversia, quæ cultus nostri divini partem spectat aliquam? Dicam apertè atque ingenuè; quandoquidem ita fieri cupis

C 5

per

per amicitiaē sacra, perque illum
 τῆς γνησίας μουσικῆς amorem, quo me
 jam inde ab adolescentia teneri
 non ignoras, & cujus exactior
 scientia ἐκ νηπίων σωτέροφ  tibi est,
 sicuti de Arcadum gente scribit
 Polybius. Enimverò si Musices
 curam, quā juvenus imbueretur,
 ad νομοφύλακας καὶ τῶν πόλεων Ἰπιμεληταῖς
 pertinere arbitrati sunt Philoso-
 phorum Græciæ cordatissimi; quia
 mira quædam ejus vis est in utram-
 que partem, ad morum nempe in-
 geniorumque tum integritatem,
 tum corruptelam; unde rerum
 publicarum ferè salus, aut interi-
 tus; quis non videt multò magis
 veræ in Deum religionis, hoc est
 Christianæ, interesse, quænam in
 templis, atque inter sacra usurpe-
 tur concentuum Musicorum ra-
 tio?

tio? eamque à sapientibus, & tali-
 um gnaris, tuique similibus pe-
 tendam esse viris? Quanquam au-
 tem ad universum Musices genus
 referri hæc possit consideratio, li-
 buit tamen contrahere eam tibi ad
 usum duntaxat admirandæ illius,
 & vetustatis venerandæ machinæ
 spiritalis, quam Græcorum Musici
 ὄργανον ἐξόχως censuerunt vocandum,
 διὰ τὸ πολυαρμόνιον αὐτῆς & inter cætera
 omnia instrumenta Musica per-
 fectionem. Eliminas primò sacras
 extra ædes irreligiosum hujus, &
 huc usque receptum usum. Assen-
 tior tibi planissimè. Major enim
 τοῖς ἀγίοις τόποις ac Deo dicatis tri-
 buenda est reverentia, quam ut
 Theatralis quædam & dulcibus
 fracta modis Musica, εὐσωφρονισμῶ
 χάριν, ἀλλὰ ψυχαγωγίας μόνον ψιλῆς, po-
 puli,

puli, jam Deo non vacantis suo, aures illic aut detineat, aut, aliis intenti, ne afficiat quidem. Pergis deinde, & abusum hunc cum recto usu commutandum judicas. Adhibes sacris hymnis & ψαλμοῖς, dum solenniter in Ecclesia decantantur, Organi ejusdem συμφωνίαι, cum plenam majestatis, tum rebus divinis convenientissimam. Atque hanc ipsam ita limitas circumspicte, ita ex natura Musices attemperas, ut nemo, nisi qui ipse paullo sit δῆσι δαιμονέσειρ, ac nodum in scirpo quærere velit, ullam ex hac conjunctione superstitionem, aut vitium ullum in cultu religioso sibi jure possit imaginari. Observandum strictè censes τῆς Δωρῆς αἰρμονίας τὸ σεμνόν, & Pythagoræ celebratum apud veteres Spondæum. quibus modis

modis quid efficacius ad animos
 componendos, & in cœlestium
 rerum contemplationem, Deique
 conditoris majorem veneratio-
 nem erigendos? Vitari jubes
 τὸ πικίλον, καὶ πολύτροπον καὶ πολυκαμπές,
 quod peritiores artifices plerum-
 que confectantur in omni instru-
 mentorum genere. Atqui istâ ra-
 tione modestam, simplicem, de-
 coram ac gravem habebimus Mu-
 sicam; quam cum severiores etiam
 Theologi in assæ vocis cantu pro-
 bent, nescio quo colore, in Organi
 modulatione voci juncta, eandem
 queant improbare. Καὶ ἐμὲ τίνω θὲς
 τῶν πεπεσμένων, qui nullum hîc de-
 prehendere valeo aut Judaïsmum,
 aut Papatum; sed utilitatem tecum
 comperio longè maximam. Imò
 affirmare audeo sanctè, me, ex quo
 tem-

tempore laudabilis hic ritus apud
 nos est introductus, fructum ejus
 rei percepisse uberrimum. Taceo,
 in Anglia, Gallia, atque Italia idem
 olim evenisse mihi, quod tibi. Sum
 enim ex eorum quoque numero
 hominum, qui infirmitatis sibi
 conscii suæ, à stimulis atque inci-
 tamentis quibusdam externis in
 negotio pietatis, licitis tamen illis
 & honestis, non abhorrent. Ve-
 lim interim liberam horum om-
 nium manere usurpationem, ut-
 pote τῶν ἐχ' ἀπλῶς ἀναγκάων. Aperui
 candidè, Vir Amplissime, mentem
 meam, & prolixius fortassis quàm
 oportuit, dum pleraque quæ tua
 sunt tibi occino iterum. Verum-
 tamen necessitatem hanc impo-
 sisti ipsemet mihi, qui ita accu-
 ratè hoc tractas argumentum, ut
 nihil

nihil à m
 ma dic
 s sub
 horum
 singul
 subac
 bus ju
 tur a
 mod
 de h
 viror
 Nihil
 stium
 mem
 cepit
 Baun

nihil à me dici possit, quod à te non dictum sit priùs. Quæ aspergis subinde operi *ᾠδὴ ἐπαινοῦ θύσεως* aliorum quorundam errorum, singula suum habent pondus, & subactum tuum atque acre in talibus iudicium indicant. Non patitur autem epistolæ ratio, cuius modum jam excessi, uti quidquam de hisce in præsens scribam. Vale, virorum præstantissime, & divinæ Musices assertor doctissime, Vorstiumque tuum *Φιλόμυσον*, qui te *μουσικώτατον ἀσπάζετα*, eo quo dudum cepisti loco habere perge. Lugd. Bat. xxvi Febr. A° c l o l o c x l i.

Tui nominis Observantiss.

ADOLFVS VORSTIVS.

Nobi-



Nobilissime & Amplissime

DOMINE,

Dissertationis tuæ de usu & abusu Organorum duo exemplaria accepi; quorum alterum Nobiliss. Heroinæ nostræ Schurmannæ tradidi. Agit ipsa gratias pro munere literario; ago & ego, quas possum maximas. Judicium meum voluissem nunc quidem perscribere, nisi impedirent aliæ quædam meditationes, quarum editio nunc urgetur; & accuratori diatribæ aliquando publicandæ totum hoc, quidquid est, reservarem. Schurmannæ nostræ eiconæ, quem ipsa pinxit & sculpsit,

sculpsit, si fortè nondum videris,
 hic exhibeo, atque una versiculos,
 quibus nuper abiturienti hinc exi-
 mio J. C. D. Schotano remoram
 injicere conata est; sed frustra.
 Deum precor, te Spiritu suo gu-
 bernet; ut raro atque admirando
 exemplo veræ sapientiæ & pieta-
 tis studia loco ac sæculo tam im-
 portuno pro viribus porrò ornare
 ac promovere pergas. Ultrajecti
 VIII Eid. Mart. clō Io c xli.

Nobilit. & Amplitud. tue

observantissimus

GISBERTVS VOETIVS.

D

Hactē-



Hactenus in nostris siluerunt Or-
gana templis,
Aut mutos tantum concinnere
modos;

Vnus adhuc deerat qui munia prisca refer-
ret,

Auderetq; sacris restituisse tonos:
Tu modulis animas animos, vociq; maritans
Organa, sic Dominum concelebrare doces.
Hoc Batavum est, patriæ non tantum li-
bera jura,
Sed quoq; quæ fas est, libera velle sacra.
Dixerunt alii quid lex jubeatque vetetq;
Quod licet, ut liceat qui facit, ille vir est.

G. GROTIUS.

Nobi-



Nobilissime Vir,

QUAS ad me dare dignatus es literas, cum luculento munere literario, accepi. Nec passa est, quid de novo isthoc argumento docta manus traderet, sciendi cupiditas, ut non protinus sedulâ operis tui lectione animum explerem. De Organorum in templis usu acturus, prudenter inter Ecclesiasticum & profanum discernis. Hunc, etsi in sacro loco quin & sacrorum tempore usurpatum meritò damnas, quia finis non est facer, à quo solo res adia-phoræ sacrantur. Illum, qui cultui

D 2 or-

ornando, iuvando, promovendo
 facit, multis magnisque argumen-
 tis commendas ac firmas, iisdem
 fermè quibus nos paucis abhinc
 annis, postulante id nostro Magi-
 stratu, Organorum usum in can-
 tum sacrum admisimus, nec est
 cur hæctenus facti pœniteat. In iis
 alia quædam, tum Liturgiam spe-
 ctantia, tum conciones, publica-
 que quæ sequuntur preces attinen-
 tia, quæ non injuria redarguis. In
 stilo passim est *διδότις*, est & ubi
ὕψος se exerit *ῥησιον* tamen & *ἀνδ*
ρῶς. ubique puritas triumphat
 sermonis. Sic ut lingua nostra ha-
 beat, cur se & puriorem & cultio-
 rem & locupletiolem à te factam
 gloriatur. Oblectavit etiam non
 parum, quod fatis sterile per se &
 parum splendidum argumentum,
 utili-

utilibus suavibusque , ex optimis
 Latinis Græcisque authoribus tum
 ἡρώδης, tum περιόχαις ita exornave-
 ris, ut neque sordere illud; neque
 tædium obrepere lectori siveris.
 Eâ autem agis ubique, quod ma-
 gnoperè laudo, humanitate & can-
 dore, ut siquis fortè aliter de hoc
 argumento sentiat, non nisi be-
 nignè de te possit judicare : & si-
 quid cupiat regerere, debeat mo-
 destè, ni ἐπιθείας crimen incurrere
 amet. quod in neminem cadet qui
 didicerit, sapientiam quæ ἀνώγει
 est, esse εἰρηνικὴν, ἀπειρῆν, καὶ ἀδράκρονον.
 Gratias ago, Vir maxime, quod
 rebus civilibus immerfus, Ecclesiæ
 etiam curâ tangeris, & de cere-
 moniis nostris statuis, quod ex
 usu futurum censeo. Ita laudi ti-
 bi sit hic tuus labor, ut nos te hoc

D 3 nomi-

nomine amamus, Deumque pre-
camur, ut te porrò Rebuspublicis
civili & literariæ, fospitem diu
atque incolumem confervet.

Quod vovet

Amplitud. Tue

devotissimus

LVD. DE DIEU.

Lugd. Bat. II. Marc.

A° clo lo cxli.

MON-

MONSIEUR;

* * * * * Le Sieur de Doorn-
 stad m'a delivré à son retour Vostre
 discours sur l'usage des Orgues és Temples
 & au service divin. Je vous en remercie
 tres-affectueusement. Vos raisons pour-
 ront persuader à quelqu'amendement
 des abus, lesquels se commettent chez
 nous, en cest endroit, & la Musique
 se trouvera relevée & remise au degré
 d'honneur qu'elle merite, étant de
 grande efficace à esmouvoir & racoiser
 les affections. Vous avez veu és lettres

* * * *

Vostre tres-humble &
 tres-affect. Serviteur

A Londres le 25. de
 Mars 1641.

ALB. IOACHIMI.

D 4

No-



Nobilissime & Amplissime

DOMINE,

DICI non potest, quanta cum voluptate evolverim elegantissimum tuum de usu & abusu Organi libellum, nobilem ingenii tui partum. in quo videre licet, quid decoris ignobili subjecto addere possit artifex manus: cum qui à subjecto sperari non potuit, ab ingenio tuo cultus accesserit, ut verè materiam superet opus. planè voluisti vincere, ita omnem pertinaciæ rimam occlusisti, ut qui dissentire impofterum velit, solo dissensu, non iudicio, quod omnibus extorsisti, à te distare

stare comperiatur. Me quod attinet, ita semper statui, atq; ita aliter sentientibus persuasum volui, aut nullum esse usum Organi, aut illum demum esse legitimum, qui cum Cantu vivo ita sociatur, ut illi & ducis & comitis officium præstet, atque illum animet, inflammet & dirigat. præclara sunt nec plebeiarum animarum Epulæ, quæ de harmoniæ vi, efficacia & raptu aspersisti. Ego hunc laboris tui fructum auguror, ut minutis & obstreperis istis ingeniis obsequium & silentium imperaveris, & Tibi restituti Organi usus laus omnis in solidum debeatur: ut ubicunque locorum illud Organi & cantus Conjugium admittetur, Tu istius beneficii & decori Autor jure merito celebreris. Aut enim

Ds valdè

58
valdè fallor , aut multorum ani-
mis scrupulum qui eos hæctenus
dementarat , exemisti , atque ut
sapere audeant , viam præivisti .
Quando verò tam humaniter me-
cum egisti , ut etiam operis tui Ar-
bitrum tuleris , ausus fui , invita-
tus tuo exemplo , etiam foetum
meum , quem his diebus pro causa
Dei contra ejus hostes in lucem
edidi , Amplitudini tuæ dijudican-
dum offerre : quo non vulgaria
istius sectæ mysteria , & in omnia
deteriora prolapsus , uti quidem
mihi videtur , Ecclesiæ bono de-
tæxi . Qui enim inter maxima or-
namenta tua , id præcipuè honori
ducas , ut pro Ecclesiæ filio agno-
scaris , non dedignaberis , credo , iis
quæ in Matris communis defen-
sionem meditati sumus , pauculas
horas

59
horas subscicivas impendere. Quæ
si & accurato tuo iudicio probari
intelligam, uti certè ex animo ex-
opto, non tam mea, quam Ec-
clesiæ causa, non est quod me
positæ in eo operæ pœnitere de-
beat. Vale, Vir Nobilissime &
Amplissime.

*Lugduni Batavorum, postridie Kalen-
das April. clō lō c xli.*

Amplitudini tuæ ex
animo devotus

ABRAHAMVS HETDANVS.

Nobi-

Nobilissime Domine,

TARDIVS quod gratias
agam pro insigni munere,
quo me condecorare di-
gnatus es, jam me rogante excusavit
Puteanus noster. Caussam, quam
attulit, nunc coram sisto, Exerci-
tationem meam ad Nobil. Salma-
sium de Calculo, tuo etiam, ut vo-
veo, litem inter nos componen-
dam. Istam dum tibi mittendam
expecto, plus quam vellem tempo-
ris effluxit. * * * Si pergit can-
dide mecum agere, non requiret
in eo, cujus scopus non alius, quam
veritas, debitam modestiam: quam
& in tuis, cum ita quid occurrisset,
admirabatur nuper non minus,
quam singularem elegantiam, Cl.
Cartesius. Legi summa cum admi-
ratio-

ratione tua de Organis. Quan-
 quam verò non ita Suffenus sim,
 ut de iis judicandi munus, quod
 amicè defers, mihi vindicare susti-
 neam, tamen id affirmare posse vi-
 deor, neminem sanioris iudicii pe-
 dibus non iturum in tuam senten-
 tiam. Imo ex præscripto hic ob-
 tinet eorum usus. Delectavit me
 etiam unicè, comprobari à te,
 quod mihi semper visum, non om-
 nia rejicienda, quæ adversantes ha-
 bent, imo, quæ apud eos bona, re-
 tinenda, quoniam bona. Deus au-
 tor bonorum diu te sospitet, Vir
 Nobilissime, patriæ & literarum
 bono. Dordrechtii prid. Eid. Maii.
 cIo Io c xli.

Nobiliss. nominis tui cultor

IOH. BEVEROVICIUS.

Nobi-

Nobilissime & Strenuissime Vir,

ORGANVM tuum non modo aures, sed etiam mentem mihi commovit; & efficaciam suam, ac arcanam potentiam illam, quæ non tam in aures, quam in ipsum animum, veluti machina quædam in hunc unum fabricata, agit, per memet ipsum mihi probavit; & tanquam turbine spiritus sui me in sententiam tuam abripuit. Meritò instrumentum hoc κατ' ἐξοχλήν ita dicitur: non modò quod omnium Musicorum instrumentorum hoc plenissimum, atque ita consummatissimum est; verum etiam quod quodam modo, licet κατὰ γενεσικῶς vocari potest Organum interiorum & nobiliorum animæ sensuum suum

suum, nempe spirituum, quorum
 exteriores famuli sunt; quibus ta-
 men suum cuique Organum est.
 quis enim, cui Organa illa & mens
 integra, ἐνέργειαν opificii hujus, cum
 numeros & modos suos à te ac-
 cepit, non sentiat? Ut duæ partes
 animæ, postquam ea primorum
 parentum labe imbuta est, sic
 etiam duplices ejus affectus sta-
 tuuntur. Harmonia autem viva
 imago, vel potius ipsarum specie-
 rum illius defluxus & διαπορρωξ̄ est;
 duplex itaq; & hujus facultas. una
 τὸ λογικὸν, altera τὸ ἄλογον movet. Nu-
 meri, & eorum proportionēs, par-
 tes illius, & quasi spiritus ipsi sunt;
 prout eos intenderis, vel remise-
 ris, hanc vel illam partem animæ
 afficiunt, & vel ideas virtutum vel
 vitiorum ei infundunt. Hinc illa
 modo-

modorum varietas manavit; quorum alii masculi, alii effæminati. Quod benè à te observatum est. Omnes enim tonos, & modulationes quæ mentem non excitant & erigunt, ad divinum cultum, & ipsam Numinis aulam ac sedem, tanquam impietatem è templo ejus pellis; & quasi è civitate ipsa in exilium agis. Nec quidem contentus es nudo canore, etiam si rectus, & virtutis ille modus sit, nisi manet ab ipso corde, in Dei laudes commoto, referato, & diffuso. Quod cum conjunctum & penitus permistum est cum cantu ab eo non dissono, quî fieri potest, ut talis non gratus sit Deo, in cujus gloriam conceptus, formatus, & à quo ipso canentis menti infusus est? Quod concentus ille non hominis

minis opus est, quis dubitet? Quis
 eum ab essentia animæ nostræ,
 quin etiam à magna illa universi
 anima, segregare possit? nisi quis
 velit à cultu divino arcere τὸ ὑμνεῖν
 Ἐψάλλει: quod nobis utroque sacra-
 rum literarum codice tam religio-
 sè commendatur, & sic ipsum Dei
 cultum tollere. Ecquod in sacra
 scriptura opus excellentius est Psal-
 mis prophetarum principis? quod
 mihi non tam videtur θεοπνευστόν τε
 quam ipsum ἡ θεὸς πνεῦμα, & unus-
 cujusque legentis animæ quod-
 dam speculum vel veriùs anima
 ipsa. Sed quid opus est ista com-
 memorare ei, à quo ista didiceris
 ipse? Concludo ergo tecum, illum
 Organi usum, qui à te instituitur,
 non tantum in Dei honore & cele-
 bratione tolerabilem & licitum,

E sed

sed omnino necessarium & adhibendum esse, tanquam vocem humanam imbecillem nimis ad impetum animi in laudes Dei assequendum & exprimendum: humanissimè te obsecrans ne sentias, his me tua velle pro meis ostentare; sed sincerè testari me tecum sentire, & ingenuè fateri me plurimum in hac doctrina per elegantissimum scriptum tuum profecisse; tum præcursore versiculo isto, qui præ festinatione crus fregerat, promptum discendi animum tibi declarasse. Vale, & vince cum Imperatore & exercitu nostro. Hagæ-Comit. prid. Idus Quint. clō lō c xli.

Tibi devotissimus

I. FORESTVS.

*Pro calculo sententia, Organa
adibus sacris convenire.*

Aspice quam certum spondet sibi causa
triumphum
Usa patrociniis quæ, * * tuo est!
Gennepa tam facilem vinci se præbeat opto;
Nec magis Auriaco sit gravis ista Duci.
Qui vetat in sacra spirantes æde Camænas,
Et superùm laudes hic celebrare vetat.
Ille locus vera est aulæ cœlestis imago,
Laudibus assiduis quæ sonat ipsa Dei.
Ingeminant illas volucres à Numine doctæ;
Atq; hilares hymnos, quos didicere, canunt.
Nec filet, arcano sed cantu volvitur æther;
Et polus auctoris barbitus ipse sui est.
Imbuunt humanam mentem vis illa canora,
Ipsa fides. unus spiritus illa movet.
Tibia si peccat, cœlo se auctore tuetur.
Sic errasse juvat: sic juvat esse ream.

J. FORESTVS.

E 2

Ille-



Illustri ac præstantissimo Viro

DOMINO * * ,

IACOBUS GOLIUS, S.

NON existimo quemquam esse, Nobilissime Vir, quem non mirificè affecerit lecta dissertatio tua, quam de Organi Musici in templis nostris usu nuper emisisti. Quem autem non moveat expressa in eo scripto, quam & ubique commonstrare soles, gratissima illa ingenii, doctrinæ & virtutum symphonia? Aut quem non permoveant, quæ rei ipsi, rectè prudenterque, ut quidem mihi videtur, à te definitæ ac distin-

distinctæ, gravissima addidisti rationum momenta? Quapropter nequivi persuadere mihi, in argumento tam plano nunc & plenè tractato, privati alicujus judicium vel assensum, saltem meum, aliquo haberi loco vel seriò requiri posse.

Sed quemadmodum cœlestis pietatem animi testaris, cum inter continuas curas, Celsissimi Principis negotiis ex officio intentas, domus Dei zelo flagras, &, quod vivum ejus membrum decet, corpori in commune prodesse studes: ita generosæ mentis humanitatem & simul modestiam probas, magnoque publicè exemplo commendas, cum aliorum quoque hic judicia deposcis, quibus submissum cupias tuum.

Multum equidem ego ipso munere

E 3 nere

nere tuo lætatus fui, quo me quo-
 que inter cæteros decorare Tibi
 collibitum fuit. Neque id cui-
 quam gratius aut honorificentius
 accidisse puto: siquidem visus es
 veteris erga me benevolentiaæ affe-
 ctum ceu novo pignore quodam
 testatum mihi confirmatumque
 voluisse: illum dico, quem ut ab
 ineunte ætate nunquam non per-
 spexi: ita in primis felicitatis meæ
 partibus deputavi semper; & quo
 meritis meis majorem agnosco, eo
 gratioris animi reverentia colo.

Non tamen propterea quid sen-
 tirem rogatus, ad palpum vel adu-
 lationem, à quibus abhorreo,
 quicquam respondi, quod ab inti-
 mo animi sensu discreparet. Nam-
 que ante triennium, cum in urbis
 hujus Ecclesia senioris munus su-
 stine-

stinerem, eandem, in eadem fere
 causa, sententiam professus fui:
 quando nempe ordinis illius judi-
 cium quoque audiendum Magi-
 stratus censuisset, antequam Or-
 gani concentus cum Psalmodia so-
 ciandus esset.

Quod autem super ea re nuper
 coram te declaravi verbis, exhibe-
 re scripto non alia distuli de causa,
 quam quæ superius à me allata
 fuit: ne quid affectare cupiens, quo
 jam præclarè defunctus esses, mi-
 nus quam actum agerem, aut ut
 anser inter cygnos strepere vide-
 rer. Ut tamen complendo, quod
 in me receperam, officio aliquid
 tentarem, ingenio tuo dignius at-
 que observantia mea, de Orientis
 Musica & Poësi, quibus artibus,
 ut liberaliore alia quacunque ma-

gnopere delectaris & excellis, ex
gentis ipsius monumentis trans-
ferre quædam in animum induxi:
ut præfixa iis epistola mutuari in-
de aliquid posset, quo se tibi ma-
gis commendaret, & per se alias
careret. Neque hoc præter rem fu-
turum videbatur: siquidem Musi-
cum quid in cultu Dei usurpare il-
le etiam orbis sacrum & solemne
habet: hoc quippe de iis unum est,
quæ omnium gentium religioni
communia quodam modo censer
possunt. Verùm instituto illi exe-
quendo plusculum otii, & ad re-
rum quarundam obscuritatem,
quibus nova & prima quæque ob-
noxia esse solent, nonnihil lucis
hactenus desideravi.

Atque ita paulatim contigit me
studium probare volentem negle-
cti

et i evasisse reum: neque tamen ite-
 rum ac iterum protracti responsi
 moram meliore forsan aliquo
 mentis meæ symbolo postliminio
 pensari, quam quod ante verbis à
 me collatum fuit. Quoniam verò
 quantuluncunque illud videre pro
 benevolentia tua gratum duxisti;
 quidvis in me hac parte desiderari
 quam obsequium malim. Ani-
 mum igitur, ut spero, de cuius erga
 te fide atque integritate dubitare
 nolis, culpa hic absolves, reliquam
 verò omnem pro humanitate con-
 donabis.

Quod quidem ad ipsa templa
 spectat, salvo aliorum iudicio ita
 videtur mihi: quamvis solum Hie-
 rosolymitanum ex Dei instituto
 quondam sanctum fuit; cætera
 verò, extra Dei cultum, qui in iis

E s pera-

peragitur, nihil in se sacri habent: æquè tamen nunc quam olim eidem illi officio, cultui nempe Dei, ut Petrus Martyr docet, dicata sunt: arbitrio inquam eorum, quibus loci publici est potestas, cum sacra gratiarum actione precibusque, pro concessio Dei munere & salutari usu. Cum igitur ubique servandum loci decorum recta præcipiat ratio, civilis saltem quedam Templi reverentia esse debet, non minùs, quam Prætorii est sua. Et sanè Apostolico canoni, ut omnia ordine decenter atque ad ædificationem fiant, repugnare videtur, in eodem Templo, stas velut horis & publicè, brevi temporis spatio excipere invicem, & tantum non committi res toto distinctas cœlo: sanctas nimirum & vanas,
Dei

Dei cultum ac mera hominum
 oblectamenta, citra animi cultu-
 ram aut Reipublicæ emolumen-
 tum: ibidem modo Spiritus sancti
 interdicto & comminatione igna-
 va prohiberi otia ac inanes fermo-
 nes; & mox quasi campum illis a-
 periri quendam, fomenta & sola-
 tia præberi. Utique caveri qui-
 dem vitarique, prout debet, super-
 stitio omnis potest; etiamsi con-
 trarii abusus, ἀσχημοσύνης καὶ ἀταξίας,
 quicquam non succedat.

Pro Organi verò Musica sacris
 Ecclesiæ cantibus attemperanda,
 nolo movere Apostoli ad Ephesios
 verba, ἄδοντες καὶ ψάλλοντες : quasi de-
 clinandæ melius tautologiæ ergo
 per posterius intelligenda videat-
 ur aliqua instrumenti Musici con-
 trectatio; præsertim cum τὸ ψάλλειν,
 &

& quasi ψαῶδν, ut Grammatici volunt, id ipsum propriè notet, & vix à quoquam scriptore, quod sciam, ad illud usque ævum aliter sumptum fuisse videatur. Verùm satis fuerit dixisse, haud quaquam ejusmodi Musicam pro peculiari aliqua censendam cultus divini parte, aut novo Ecclesiæ ritu: sed duntaxat pro adjumento habendam aliquo, ut receptus Ecclesiæ ritus, de cujus observanda constitutione, sive ut Apostolica, sive saltem primi sæculi antiquissima, inter omnes convenit, in Ecclesia decoro suo atque eutaxiâ constet; & quod ore animoque faciendum, certius meliusque à singulis peragatur. Etenim nemo ignorat, normâ quâdam & velut habenâ opus esse, ut populi totius cantus, in
 magna

magna præfertim variaque multitudi-
 tudine & difficilioribus odarum
 formis convenientissimè regatur;
 ne quid ibi turbidum & inæquale
 emineat, atque adeò absonum &
 deforme, à quo sensus & ratio, id
 est, totus homo abhorret. Id ipsum
 & innuisse D. Paulus videtur, cum
 ad Col. 3. 16. inquit, *ἐν χάριτι ψάλ-
 λοντες*, licet hoc etiam referendum
 ad cantici ipsius sensum & verba.
 Ad eam verò rem non semper suf-
 ficere elatiorem præcentoris vo-
 cem, in nostra saltem Ecclesia, usus
 docet. nec video quare & ipsa ar-
 tis præstantissimæ vis, quæ in com-
 ponendis ad honesta animis aliàs
 plurimum potest, cum modo ad-
 hibita hic locum habere aliquem
 non possit: ita ut alia in aliis sacris
 rebus externa media habent suum.

Ideo-

Ideoque præclaris Helvetiorum Ecclesiis, quæ ordine, disciplinâ & morum gravitate excellunt, majoris cujusdam efficaciam Musicam in Psalmodia, ut accepi, adsciscere visum fuit. Tigurina addidit chororum; Basiliensis Organum; quin Bernensi ductiles placuerunt tubæ. Neque contra ejusmodi Musicæ Organicæ usum, cum canentis populi seu Ecclesiæ totius vocibus junctæ, quicquam facere videntur argumenta, quibus instrumenti cujusque cantum ab Ecclesia excludendum contenditur solet. Longè enim hinc diversus erat apud populum Judaicum Organorum ille apparatus, quo velut infans elementis mundi involutus, demulcendus esset. illis quippe sacer fuit ipse sonus, & pro animo

mo tantum non aures erant : & illam Levitarum Musicam haud multo magis juvari videbantur ad verum mysterii, quod subesset, cultum, quam matris psallentis mentem assequi & sequi solet infans.

Neque vero Judaizare protinens dicendus fuerit Christianus, si quod olim forte ad Judaicam ceremoniam pertinuit, in ritu Christiano commodi alicujus ergo adhibeat juxta proprium suum usum, quem naturae virtute semper habuit, & quoque nunc habere potest. Ita namque tenendum puto, res omnes in eum à Deo finem institutas, cui natura sua comparatae sunt, atque conducunt. Paschatis in Aegypto celebrati religio postulabat, ut comederetur lumbis succinctis, cum baculo in manu,
&

& calceis in pede. Num igitur
 in Cœnæ Dominicæ sacramento
 illicitum fuerit earundem rerum
 quicquam usurpare ad conve-
 nientem inibi commoditatem,
 quam præstare possint? ut quis
 haud impeditus accedat, infirmior
 se sustentet, pedem à soli noxa
 inoffensum seruet? & si quæ talia
 conducant omnibus, quare non
 omnes faciant, quod singulis li-
 cet? non audere parta uti liber-
 tate, si quando expediat aut ju-
 vet, non minus servitutis pars
 est, quam ejus quod per se in-
 differens ac liberi usus fuerit, ne-
 cessariam imponi observationem.
 Neque crimini vertendum, quod
 Organi usus de quo quæritur, ad
 Dei cultum & gloriam refertur:
 cum eo velut ad ultimum finem,
 cuncta

cuncta tendere debeant, & referri.
 Ne autem illic videatur ulla esse ce-
 remonia, aut ritus sacri religio,
 quam semper niti oportet fide ac
 verbo Dei, hoc quidem satis est,
 in ejusmodi sono nec sanctimo-
 nię quicquam, nec peculiarem Dei
 observantiam collocari; nec sym-
 bolicum illi aliquid, aut, quam
 natura non habeat, tribui virtu-
 tem. Neque ea res in se gravior,
 aut majoris ad scandalum periculi
 videtur, quam, quod & ipsum Iu-
 daici apparatus fuit, coronaria
 templi candelabra luminibus im-
 pleri, ut in crepera seu dubia luce
 facilius distinctiusque prælegatur
 sacrum Dei verbum, aut aliqua Li-
 urgia. Ejusmodi igitur, qualem
 erudita cum gratia descripsisti, in-
 strumentalis Musicę usum, non

F

tan-

tantum, ut adiaphorum quid, Ecclesiae Christianae licitum esse arbitror; verum etiam, quod in talibus rebus Apostolus unà requirit, expedire ac prodesse. Nimirum, ut cum majore ordine ac decoro, apud nos saltem, Psalmi atque aliae sacrae canantur Odae, &, quoad humanitùs fieri potest, magis efficiantur *ἑπὼδαι τοῖς ψυχαῖς*. Cui quidem rei aptissimum videtur esse Organum, quod absoluto ob præstantiam nomine Organum dici solet? judicio velut Apollinis hîc cujusdam tuo luculenter commendatum. Hoc quippe non modò ceterorum penè omnium facultatè pollet; sed etiam gravitate peculiari quâdam & decoro suavitatem modulaminis ita temperare novit, ut levitatem omnem & mollitiem au-
res

83
res inaniter pascentem, facillimè
excludat. Atque ita dum cœlestia,
canentium voces quadam vi sua ad
eurythmian & æqualitatem infle-
ctit, cum iis quasi coalescens, ani-
mos, uti videtur, magis excitat ad
studium cantatæ rei, excitatos in
ejus meditatione firmiùs detinet,
eiusdemque amore & desiderio ac-
censos quasi sursum rapit. Neque
verò, ut opinor, dixerit quisquam
compositos sensuum & affectuum
motus, penetrantes in mentem ho-
nesti studiosam, ipsiq; cogitatio-
nibus utcunque aptatos, cum ubi-
que alibi multum valeant, in sacris
& divinis rebus, nihil prorsus ju-
vare posse: cum ipsa Dei gratia non
destruat naturam, sed in ordinem
reducat perficiatque, & quoque iis
rebus, quas homini indidit, ut me-

F 2

diis,

diis, utatur ad hominis salutem. Si-
quis munere præcentoris ita fungi
possit, ut Organi illius vicem insu-
per expleret, an non expetenda vo-
cis ejusmodi copia, atque aliis om-
nibus præferenda foret? Nunc ve-
rò, cum tale quid haud facilè & ne-
quidē dari queat, quare, quod pro-
ximum est, ad præcentoris vocem
pro complemento non assumatur
parabilis admodum ejusdem Or-
gani concentus, sonoq; ejus sonus
omnium non juvetur? Convenien-
tiore hac Musicæ utriusque, voca-
lis & organicæ, societate efficitur,
ut argumenta, à ratione ac vi natu-
ræ petita, quibus sanctissimi quiq;
viri vocalem, in sacris usurpatam,
cómendarunt, efficaciam etiam plus
habeant pro sententia nostra; qui-
bus verò Organicã prohibuerunt,
haud-

haudquaquam officere nobis vel
 adversari videantur. Gravissimum
 fortè fuerit Justinì Martyris, Patris,
 omnium qui extant, antiquissimi,
 testimonium, quæst. 107. *ἔ τὸ αἴσαι ἀ-*
πλωῶς ἐστὶ τοῖς νηπίοις ἀρμόδιον, ἀλλὰ τὸ μὲν αἴψυ-
χων ὀργάνων αἴσαι. Sed tum ex sequenti-
 bus ejusdem verbis, iisque quæ à Te
 scripta, & à me superius repetita
 fuerunt, interpretatio commoda,
 & responsio ultro sese offert. Nam si
τὸ μὲν ὀργάνων αἴσαι sit instrumentis can-
 nere (non verò una cum iis vel ad
 ea) sicuti præpositio illa subinde u-
 surpatur: haud aliud inde evinci po-
 terit, quàm quod tute assertum vo-
 luisti: simpliciter dictū tantum, id
 est, vocalē convenire, non verò so-
 litarium Organi ab illo separatum.
 Sin autem altero intelligendum
 sensu, ut nempe organi inanimati

cantum simplici, sive vocis humanæ cantui conjunctum reprehendat, haud spectaverit S. Pater ejusmodi ordinatum, de quo agimus, Organi usum : sed quod homines puerili animo ducti instrumentorum apparatu inane, inutile & superstitiosum; vel leve & lascivum edebant: siquidem addit, μετὰ ὀρχήσεως καὶ κροτάλων. Id ipsum autem in cantu absolutè dicto sive vocali, si quando deprehendi contigit, æquè culpatum fuit: nec tamen propterea honestior ejus damnatus usus. Rebus verò illis, ob quas venerandus antistes ibidem paulò post simplicem eundem vocis cantum commendat, non tantùm non incommodat junctus, qualem diximus, Organi concentus: sed etiam commo-
dum

dum & momentum haud leve afferre potest. Vel forsan aliæ rationes fuerunt, à personarum, quæ tum in Ecclesia, tum extra eam, essent, rerumq; ipsarum & temporum statu ac conditione petitæ, ob quas ejusmodi Musicæ usum tunc quidem Ecclesiæ non conducere judicatum fuerit. Iisdem verò circumstantiis in contrarium mutatis, nihil obstat quò minus eadem prudentia Christiana utendum suadere possit, quo non utendum ante statuerit. Hoc quippe eorum, quæ media & adiaphora dicuntur, natura postulat ratioque dicat. Et ejusmodi rerum seu mutationum exempla in orthodoxis superiorum temporum Ecclesiis haud pauca extiterunt. Ita quoque apud nos aliquando Organi cantum su-

F 4 per-

perstitio & abusus invisum reddiderunt; feruentior ejus temporis pietas ac zelus, exterioribus humani juris mediis velut superior, iisdem ferè superfedere gaudebat, summâ ubique simplicitate contentus; quæ etiam, uti & quietiora omnia, persecutioni peculiariter conveniebant. Nunc cum pacem Ecclesiæ dederit Deus, perspecti dudum atq; exacti abusus fuerint, quidni honestâ libertate ad rerum quarundam usum sine periculo uti possit? Ingens nunc multitudo, & quidem imperitior quàm ante, confusioni magis obnoxia, majorem eutaxiæ curam atque operam requirit: animi verò prosperitate sopiti, ac tardiores facti quocunq; etiam modo excitari & impelli opus habent. Quamobrem mirum videri

89

videri minimè debet, qui facile tunc relictus fuerit Organi usus, nunc sacris mentis exercitiis decorè accommodatum in hac nostra, & vicinarum quarundam urbium Ecclesiis haud difficulter receptum seu admissum fuisse. Optatum quidem effectum & fructum aliquâ saltem hætenus parte ad easdem inde rediisse, extrinsecus quidem in toto corpore, sive concentu ipso, palam animadvertere quivis potest: intrinsecus autem in animo etiam se experiri complures testantur. Nec infirmiorum, qui inter nos plurimi, iique simplices & pii, ulla hætenus intellexi innotuisse querelas, Politico-Ecclesiasticum hoc institutum ipsis scandalo fuisse.

Quapropter cum regum om-
F 5 nium

nium Deo gratissimus, & qui vero illū spiritu coluit, omnes Dei creaturas & cuncta humanæ artis Musica organa cantandis Deo hymnis psalmisque suis subsidio vocarit: equidem laudem & gratiam Magistratui deberi puto, si quis animo & munificentia faveat eorundē in Ecclesia cantui ritè ordinando & cohonestando; quoad in regno Christi simplicitas & modestia permittere, ordo & decorum requirere, omnia denique rerum momenta suadere videbuntur. Vbi quidem, sicuti nullibi non, infirmiorum præsertim conscientiiis cum cura consulendum: sed tali quoque, ut, quantum fieri queat, monitione, sive privatâ sive publicâ, & doctrinâ aliquâ iisdem succurratur. quod quidem esse præstabi-

91

stabilius videtur, ita scilicet medicinam fieri, quàm sequiora de rerum usu iudicia, & quæ inde plerunque nasci solet, infirmitatem silentio vel assensu foveri. Ubi si illâ, quam dixi, ratione eximantur qui leviter sæpè scrupuli hærent, piæ animæ in rectiore iudicio ac robore, quod semper optandum, proficere fortè haud parum comperientur.

Quoniam autem libertatem veri studiosam à te amari scio, non possum dissimulare, quod ex insigni tractatu tuo in mentem hîc mihi venit, & ad consensum me difficiliùs movere potest. Namque haud improbabili aut inconcinnâ ratione niti mihi videtur, quod Tibi placere aut probari nequit. Decalogi in Ecclesia tantum intelligo,
quo

quo velut epiphonemate quodam sacros plerunq; finire actus Ecclesia Gallicana consuevit. Namque ibi fidelium quisque verbis Dei ac præceptis affatur animam suam, postquam præviis versibus ad attentionem excitavit, eamque monet & docet, atque omnes invicem inter sese; additâ sub finem precatone & submissi animi voto. Neq; illud alienum videtur à plurium Psalmorum norma ac exemplo, Apostoli Pauli monitione ad Col. 3. & Antiquorum instituto, qui sanctiora præcepta etiam carmine repræsentarunt, ut componenti se ad eurythmiam animo facilius inscribi & placere possent. Sed qui meliora semper doceri exopto, hæc rationes meas & quicquid est reliquum subjicio vicissim iudicio tuo

ac

ac censuræ. Atq; ita tandem finem
 facio, & veniam peto, quod posi-
 tam mihi metam longius trans-
 gressus tædio fortè ac molestiâ pec-
 cavi in gravissimas tuas pro bono
 publico occupationes. Et meritò
 existimaveris haud operæ precium
 fuisse meæ quoque sententiæ sym-
 bolum in aliorum numerum co-
 adoptare, quo recocta hæc in quam
 oblata à Te nobis delicias depra-
 vasse videri possum, apponeretur
 crambe. Cum tamen me alterius
 quoq; officii monueris in gratiam
 Clarissimi Wendelini, ob ingenii
 & doctrinæ dotes carissimi omni-
 bus, pauca quædam adjicere liceat;
 ne utriusque vestrûm desiderio &
 officio meo diutius desim. Quæ
 super problemate de accrescente
 gravium motu ingenio ille & in-
 dustriâ

dustriâ dudum invenit, æternæ me-
 moriæ laudem mereri judico. &
 quoniam cum Galilæi inventis
 concordantia insigne veritati te-
 stimonium perhibent, demonstra-
 tionis suæ & plenioris tractatus
 editionem publicæ expectationi
 ac simul nominis sui famæ debet.
 Nec est quod Chronologicæ dia-
 tribæ impressionem diutius remo-
 retur spes & opinio, quam de Chro-
 nici Samaritani adjumento conce-
 pit. Perlustrare illud quondam me
 exorsum cum inusitati characteris
 tædium, tum aliæ occupationes
 prope à limine suspensum stite-
 runt. Nunc firmato animo totum
 à capite ad calcem evolui. quæ et-
 iam res inter cætera impedimenta
 effecit, ut tardius perficiam quod
 dudum præstandum fuit. Est verò

Sama-

Samaritan
 by Jolu
 nec et
 raris g
 latum
 daon
 habet
 mon
 sequi
 quide
 nis Jul
 emat
 riora
 addo
 tiati
 spect
 & a
 sup
 bra
 pro
 ribt

Samaritanorum illud scriptum libri Josue compendium quoddam, eodē etiam nomine insignitum, & variis gentis traditionibus interpolatum; quas mirum quibusdam Judæorum magistris tanto in precio haberi, ut non vereantur hīc summorum hostium fidē & autoritatē sequi. At toto illo opere ne verbum quidem deprehendere potui de annis Jubilæis; quorū inibi normam extare amicus speravit. De expletis ab eodem Ecclipsibus pauculas addo melioris notæ, cum diligentia atque industria observatas: suspectæ fidei, aut potius ἀνεπίστευτος, & aliundè missas, utilius retineri suppressimique arbitror: ne tenebras afferre pro luce, & remoram pro subsidio solertissimi viri laboribus injicere videar, efficiamque

ut

ut longiùs se subducat nobis quod
 in conspectũ prodire tandem sidus
 peroptamus. Hæc quidem omnia
 quantulacunque sunt, ubi plu-
 ribus verbis vix quicquam aut
 nihil boni collatum novi, æqui bo-
 nique consule, & me, quod unicè
 expeto, nihilominus amare perge:
 qui tibi & illustri progeniei ac fa-
 miliaæ tuæ, ævi patriæque decori,
 majorem quam exprimere possim
 amoris affectum, ampliora quam
 præstare queam studia officiaque,
 totum denique animum addixi.
 Dabam Lugdun. in Bat. v. Sext.
 clo Io c xli.

Vir

Vir Nobilissime atque Amplissime,

QB diuturnam tuam absen-
tiam Tuæ Nⁿⁱ coram pro
exemplari scripti tui de
usu Organorum Musicorum in
Templis ad me misso, nondum
gratias agere potui. Tametsi di-
versæ de hoc argumento sint no-
strorum Theologorum Ortho-
doxorum sententiæ, experientia
tamen testatur, quod propterea
funem acerbæ contentions alii
contra alios in hac Provincia tra-
here nolint. Hunc eruditum * *

* * * *

Bene vale in Domino nostro Iesu
Christo. Raptim Leidæ 30. Octo-
bris **clō lō c xli.**

T. N. A. *Addictissimus*

Ioh. Polyander à Kerckhoven.

G M O N-



MONSIEUR;

LE suis tres-marry, que la fa-
 veur qu'il vous à pleu me faire
 de la tres-agreable vostre du
 12^e Mars, & du digne Pacquet y ad-
 joint, m'ayt esté retardée par ce peu de
 rencontre d'un prompt envoy & par la
 longueur des chemins, jusques en Septem-
 bre dernier que je le reccus. * * * * *
 * * * * * Fay veu, & voy avec
 plaisir, vostre joly & bien agencé Trai-
 té des Orgues, & comme en discourrez
 tres-doctement & Chrestiennement,
 avec vn bon zele de les reduire à leur
 vray usage, qui est, de la gloire de Dieu,
 & edification de l'Eglise, & non du cha-
 touïllement des oreilles, en gentilleesses ou
 vani-

vanitez Musicales, laissant cela aux
plaisirs domestiques. Il est certain que
cela modereroit la criailerie, qui est au
chant commun, aussi bien icy, comme
vous vous en plaignez pardelà. Et s'il
ne tenoit qu'à cela, Geneve s'approche-
roit bien tost de Rome, comme vous
dites. Noz Professeurs s'accorderont
fort bien à ce qu'en proposez, & suis
marry qu'ils ne sçavent la langue, pour
mieux considerer toutes voz belles con-
ceptions. Je vous baise bienhumble-
ment les mains & demeure

Monfieur

Vostre tres-humble &
tres-obligé Serviteur

De Geneve ce 12.
Novembre 1641.

J. L. CALANDRINI.

G 2 EX-



EXTRACT

Uyt de Resolutien des Kercken-Raeds
van 'sGraven-hage, gehouden

Den 20. Decemb. 1641.

Also eenigen tijd herwaerts in confideratie is gekomen, wat van het Orgel-spelen onder het Psalm-singen inde kercke sy te houden: soo ist dat de Kerckenraed (eenstemmelick haer desen aengaende conformerende met het oordeel ende de uytspreecke des Synodi van Zuyd-Holland 1638. gehouden tot Delff Artic. 50. verklaerende het selve te zijn eene middelmatige zaecke:

zaecke : te meer dewijle zulx foo
wert gelaten inde vryheid van ye-
der Kerke, dat met eenen wert ge-
statueert, daerinne niets te doen
als tot stichtinge vande selve)
overfulx wel hadde gewenst, dat
een yeder litmaet deser Gemeen-
te, daerinne oock hadde geacquief-
ceert, ofte voor het toekomende
noch acquiesceerde. Ende alhoe-
wel de Kerckenraed niet en mach
nochte oock wil yemants vryheit
prejudicieren om ontrent middel-
matige saecken van het gemeen
gevoelen sedichlijck te dissentie-
ren : Soo en kan evenwel deselve
sonder berispinge niet voor-by-
gaen seker boucxken handelende
van dese materie, geintituleert,
Antidotum, tegen-gift van't ge-
bruyck ofte ongebruyck van't Or-

gel inde Kercken der vereenichde Nederlanden, onlangs uytgegeven door Ian Ianz Calckman, als waerinne de Kerckenraed voorbygaende de faecke selfs, ontrent de maniere van dien, verscheiden poincten censurabel heeft gevonden ende by desen verklaert; als

I. Dat Ian Ianz. Calckman dit boecxken, handelende van eene Theologifche materie, heeft uytgegeven, sonder dat het selve, volgens de wel-gefondeerde resolutie der Synoden, alvooren was gevisiteert.

II. Dat hy fol. 92. 93. ende elders niet allenlijck het oordeel des Synodi van Zuyd-Holland 1638. gehouden tot Delft, presumtueuselijck condemneert, en hare meyninge ende woorden te verre uytbreit:

breit: maer oock de particuliere leden van die Eerweerd. Vergaderinghe soo hatelijck scheldet, als de Openbare Bespotters, ende gheslagen Vyanden van de Kercke nauwlicx oyt meerder hebben gedaen.

III. Dat hy hebbende zijn gevoelen van dese saecke, de Kercken ende Magist raten van seer veele plaetsen, niet alleen in, maer oock buyten dese Provintie (die hebbende de Practijcke van het Orgel boven vermeld, den Heere even-wel oprechtelijck in eenen suyveren Gods-dienst soecken te behagen) soo meesterlijck veroordeelt ende genoeghsaem als Afgoden-dienaers uyt-krijt.

IV. Dat hy dese materie soo

G 4 ver-

P. 27. 40.
63. 127.
846.

verhandelt, dat hy daer in geen
kleyne aenleydinghe geeft, tot
eene forgelijcke verdeeltheit, en
schadelijcke scheuringhe in de
goede Gemeente: gewach ma-
kende van Gemeente ende Ge-
meente; van Orgelisten ende
Contra-Orgelisten, &c.

P. 37. 40.
43. 63.
66. 70.
84. 85.
111.

V. Dat hy in't besonder voor-
genomen hebbende te weder-
leggen, het Boecxken van den
Ed. Heere van Zuylichem, on-
langs te voren over dese materie
uyt-gegeven, niet alleenlick des
sels meyninghe in verscheide
passagien, onverstandelijck mis-
duyt ende verdraeyt; maer oock
denselven Heere doorgaens seer

P. 19. 42.
47. 112.
177. 185.
188. 189.
190.

bitterlijck tegen alle Christelicke
ende Broederlicke liefde lastert
ende veroordeelt: ende sulx niet
alleen-

alleenlick ten aensien van des
 selfs uyterlijck leven ende com-
 portement, maer oock (dat al-
 leen Gode toekomt) ten aensien
 van desselfs herte en inwendigē
 Gods-dienst voor den Heere.

P. 72. 75.
 78. 91.
 92. 94.
 109. 114.
 116. 119.
 143. 144.
 165. 175.
 191.

Alle het welcke ende dierge-
 lijcke saken meer by den Kerc-
 ken-raet inde vreesse des Heeren
 zijnde overwogen, al hoewelse
 tegen sodanige publijcke erger-
 nissen en mislagen swaerder sou-
 de konnen procederen: in siende
 evenwel desselfs hoogen ouder-
 dom en andere goede confide-
 ratien, soo ist dat Ian Ianz. Calc-
 man, hier over voor den Kerc-
 kenraed hebbende Christelijcke
 satisfactie ghedaen, met verkla-
 ringe en onderteeckeninge mit-
 desen van te acquiesceren in des

G 5 selfs

felfs uyt-fprake over fyn meer-
gemelde Boecxken, ende belofte
van fich in toe-komende voor-
fichtiger te fullen gedragen, de
faecke aller wegen inder liefde is
ende blijft af-gedaen vergeten
ende vergeven.

Ende was onderteeckent

Ian Ianz. Calckman.

Uyt-gegeven voor Copie van woorde tot
woorde accorderende mette Principa-
le Aeste hier van zijnde, 'twelck wy on-
dergefchreven midtsdefen getuygen,

Samuel Cabeljau, Pastor Eccl. Hagienf.

Cornelius Triglandius, Pastor Eccl. Hag.

Henricus Hondius, Ouderling.

E R R A T A

Graviora sic emendanda.

Pag. 34. lin. 13. *pro* sub balneo, *leg.* subballio.
pag. 39. lin. 1. *pro* Nec te, *leg.* Nec à te, &c.

F I N I S.
